Qu. 3. An Eccleſiaſtici inveſtituram nondum conſecuti, ſed Canonice tantum electi vel poſtulati jus Auſtregarum habeant?

SAne Eccleſiaſtici ab Imperatore competentibus regalibus rite inveſtiti, quin Auſtregis fruantur, nulla eſt hæſitatio, ſi vero inveſtituram nondum ſint conſecuti, anceps profecto eſt quæſtio, ſuos utrinque ſortita patronos.

Negantium ſub vexillo qui militant his præcipue ducuntur argumentis (1) quia Auſtregæ eccleſiaſticis competant non qua talibus, ſed qua Principibus & ſtatibus Imperii, cum nuda electio poſtulatiove ipſos non Principes vel ſtatus, ſed Epiſcopos vel Prælatos conſtituat, viamque inveſtituræ ab Imperatore impetrandæ paret, hinc ipſis Auſtregas haud quaquam admetiendas, deſtitutis quippe neceſſaria qualitate, habilique non exiſtente ſubjecto prout de Capitulo ſede vacante argumentatur *Gail. 1. O. 40. n. 11.* Porro (2) licet capitulum epiſcopum eligendi jus habeat, non tamen aliter electum epiſcopum facit, quam ſi electus promiſſa fidelitate regalia ab Imperatore obtineat *Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Duc. Sax. c. 2. n. 11. Wenzler. de Collat. c. 12. Michael. de Jurisd. Concl. 18. Stephan. eod. l. 2 p. 1. c. 4.* Accedit (3) quod juxta *Beſold. Diſſ. Nomicop. Lib. 2 diſſ. 3 n. 9.* Eccleſiaſtici tum demum Jura feudi & regalia exercere poſſint, quando feuda ab Imperatore ſuſceperunt. (4) Quia eccleſiaſtici hic conſiderantur ut Principes *Gail. 1. O. 30. n. 1 & 2. O. 57. n. 10. Dam. Diſc. l. 8. c. 16.* Principes autem Imperii ſunt, qui de principatu ſunt inveſtiti *c. un. 2. f. 10.* cum inveſtitura ſit unicus feudi conſtituendi modus *Vult. 1. feud. 7. n. 4.* Et denique (5) ſi eccleſiaſtici hi principatum vel ejus jura haberent, id fieret vel per præſcriptionem, vel per Succeſſionem: Sed neu-

Nec obſtat quisquam; imo electio tantum non præſtat electo, quantum ſucceſſio ſucceſſori: Disparitas quippe in eo videtur, quod ſucceſſor jure hæreditario hoc jus ad ſe transplantet, cum id habuerit etiam ejus anteceſſor, at vero capitulum, quod eligit, Auſtregas non habet, ergo nec has electo confert. Reſpondetur enim nullam eſſe conſequentiam, imo nec antecedens verum, uti ſequens quæſtio ſolide docebit. Conſequentiæ autem vel [illegible] falſitas hac monſtratur inſtantia: Quod quis non habet id non poteſt in alterum conferre: atqui (ſubſumo) Majeſtatem populus, curatelam in ſe pupillus, actum medendi æger non habet, nihilominus poſſunt in alium transferre. Suffulta his fulcris theſi, reſtat antitheſi ut fiat ſatis. Ad 1. [illegible] quiergo reſpondemus Neg. quod electio ſeu poſtulatio electum non Principem vel ſtatum, ſed præciſe Epiſcopum vel Prælatum conſtituat, citius titulo Principis non gaviſurum ac Inveſtitura rite ſit peracta. Obſtat enim Lex illa, qua poſtulati eliguntur, ut ſcil. quamprimum collegii cujusdam Præſides ſint facti, ocyus citius privilegiis, honoribus, immunitatibus titulis Politici Principis utantur, ut paulo ante dictum, & hodierna ſatis comprobatum Praxi. Illud ſane obſervandum, differentiam has intercadere propoſitiones. Epiſcopus poſtulatus debet inveſtiri de principatu; & epiſcopus poſtulatus ante hanc inveſtituram jura Principis non habet. Illud eſt veriſſimum, & ut plurimum in oppoſitis affertur argumentis; hoc vero contra. Dein & illud ſpecialiter ad argumentum 4. tenendum, verba illa, *Principes Imperii ſunt qui de principatu ſunt inveſtiti*; non individualem, ſed ſpecificam quandam innuere Inveſtituram ad quoscunque ſucceſſores ſive Politicos ſive Eccleſiaſticos extenſam, & per deſcenſum (uti in ſuppoſitione perſonali tra-

dunt

dunt Logici) ad inferi[illegible] [illegible] explicari aptari. Poteſt & illud dici bifariam ea ver[illegible]a ſignificare (1) de Principe modo ad principalem dignitatem, qua antea gaviſus non eſt, erecto, & hoc modo ar[illegible]babus largimur, nullum eo titulo potiri, ni ab Imperatore de principatu ſit inveſtitus *cir. c. 21, 2. f. 10.* & huc trahendum itidem, quod *Vult. 1. f. 7. n. 4.* dicit, Inveſtituram unicum feudi conſequendi (non conſecuti) modum eſſe (2) De Principe, cujus majores vel anteceſſores principatum obtinuere, queis ex aſſe hæres vel ſucceſſor exiſtit, & de hoc quin falſum id ſit dubitare non vereor, equidem hi non tam inveſtituram, quam inveſtituræ olim anteceſſoribus factæ confirmationem petunt, & ante hanc cum inveſtiendus habeatur pro inveſtito *Schrad. de feud. p. 10. Sect. 1. n. 1* in [illegible] *de Jur. territ. c. 6. n. 148.* ideo inveſtiendis eccleſiaſticis [illegible]ſtregæ omnino competunt. *Buxtorff. ad A. B. concl. 18. lit. B.* Ad (5) *Reſp. per ſucceſſionem*; capitulum quippe ſede vacante Auſtregis utitur, ut patebit, quando ergo alium in defuncti locum ſurrogat, eo ipſo omne ejus quod per mortem defuncti penes capitulum remanebat in electum [illegible] poſtulatum transfert, ergo etiam Auſtregas. Si autem adhuc inter Succesſionem inchoatam & conſumatam diſtinxeris, hanc jam inveſtito, illam inveſtiendo admenſurus, ne judice tutior eris.

Qu. 4. An capitulum ſede vacante gaudet auſtregis?

NEc in hac qu. DD. conveniunt his ajentibus illis negantibus. Quidam capitulo ſede vacante Auſtregas ex eo denegant principio, quod Auſtregæ pertineant tantum ad Immediatos, & quorum prima inſtantia foret alias ipſa Camera, *per sb. 3.* Capitulum autem non ſit immedia-

mediat[illegible] magis ac alii Status territoriales Principum: cum [illegible] Auſtregæ juri communi ſint ſuperinductæ, ac ideo ſtrictisſimam patiantur interpretationem, negant ad alias perſonas, quarum expreſſe mentionem non faciunt, eſſe extendendas *Gail. 1. O. 30. n. 13. Gilman. qu. Jur. fol. 64. Volckm. de Jur. princip. c. 13. num. 15.* Movet deinceps quod ſede vacante nihil posſit innovari *c. 1. & 2. ne ſed. vac.* & epiſcopus ſit ſolus legitimus eccleſiæ defenſor *per C. ult. eod.* hinc capitulum deſtitutum legitimo ſuo defenſore litem coram auſtregis ſuſcipere non poſſe deducunt *ex d. c. ult.*

Aſt ſuis remiſſa autoribus hac opinione contrariam calcamus viam, dicentes capitulum nullo jure ab auſtregis excludendum [illegible] repræſentat ipſam eccleſiam *c. 9. X. qu. 1. c. 19. V[illegible]* [illegible] quidam Senatus eccleſiæ *c. 7. XVI. qu. 1.* cujus pars [illegible] et principalis, eſt epiſcopus, qui non ſolus, ſed princ[illegible]iter exercet jurisdictionem *per d. c. 19. in f.* adeoque [illegible] defuncto quodam quaſi jure accreſcendi *Paurm. de Jurisd. 2. c. 19. n. 21.* manere apud capitulum, non autem ad id pervenire dicitur *Dd. in c. 1. 2. ne ſed. vac. c. 3. ſuppl. negl. Epiſc. in 6.* Cum ergo capitulum ſit verus & perpetuus omnium ad epiſcopatum pertinentium hæres, ejusque vices, exceptis mere perſonalibus *Gail. d. l. num. 10.* gerat, omnia illa jura electo aut poſtulato per electionem defert. (2) Feuda Imperii principalem dignitatem tribuentia apud capitulum ſede vacante permanent, unde & capitulares des Stiffts Erb-Herren dicuntur. (3) Capitulum ſede vacante ad Comitia & conventus vocatur & per Syndicum vel Defenſorem comparet *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 6. ibi: Iidem aut ſede vac. capitula Rumel. ad A. B. p. 2. Diſſ. 1. Concl. 3.* (4) Si capitulum auſtregas non haberet Epiſcopus ſede vacante inſtitutam in Camera litem in

D ſui

ſui privilegii præjudicio ... ſequi cogeretur, vel Camera non permanſuris ad definitivam frivolè litibus fatigaretur (5) quia denique in Camera conveniri capitulum ſede vacante poteſt, cum tamen nullus niſi immediate ſubjectus in prima inſtantia ibi conveniendus, quo ipſo quidem capitulum inter immediatos ratione ſui, & quatenus capitulum eſt non refero, illud enim novum foret, ſed ratione repræſentationis prædefuncti Epiſcopi vel futuri ſucceſſoris, cum quo proceſſus deinde continuatur.

Hinc ergo ſimul patet, quid ſit reſpondendum ad primam negantium rationem: Capitulum ſcil. non eſſe immediatum, nec ſtatum Imperii; ergo nec Auſtregus habere. Reſpondetur enim (1) pe... ...tiam. Atqui nobiles Immediati, licet membrum, non tamen Status ſunt Imperii *per not. ... add. Limn. Jur. publ. l. 8. ... Struvi. Ex. Exer. 4. n. 22. Burgold. ad Inſtr. Pac. p. 1 diſcurſ. 2...* & nihilominus gaudent jure auſtregarum *O. C. p. 2, t. 3. Li... in not. ad Dan. Ott. Jur. publ. c. 18. n. 1. Bechm. d. l. §. 25.* Deinde (2) neque Antecedens capitulum non eſſe immediatum, eo ſcil. quo diximus non ſuo, ſed repræſentati jure; quod ergo aliis competit jure proprio, id illi jure repræſentationis, quæ duo causâ diverſa, ſed effectu æqualia ſunt. *Novell. 118. cap. 5.*

Nec obſtat, quod Auſtregæ ſint ſtricti juris, nec de perſona ad perſonam ſint extendendæ, nam heic nulla extenſio, cum capitulum non ratione ſui, ſed repræſentati eas habeat. Veluti enim tutores illuſtrium ratione pupillorum Auſtregis fruuntur, nec tamen eorum fit mentio in earundem Conſtitutione, ita etiam capitulum eſt inſtar Tutoris ſedis ac eccleſiæ vacantis, quæ jure pupilli utitur *tenl. ... in int. reſtit. Gail. l. 1. O. 30. n. 1...* ideoque ſicut

tutor

tutor forum pupilli *Gail. l. O. 37. n. Mascan. de proc. l. 1. c. 19. n 7.* Sic capitulum ſedis vacantis ſequitur.

Altera ratio *ex can. ne ſed vac.* deducta ſuos quoque patitur manes, equidem impertinen. eſt ad noſtrum negotium *d. c. 1. 2. & 3* cum de aliis ſubinde ausſtregasque excedentibus tractet rebus; *in d. c. 1.* quippe non de judiciis, ſed de plenaria totius Status ac ſedis immunitate diſceptatio eſt, idque ſatis ſuperque evincit inſcriptio *d. c. 1. vacante ſede ejus ſtatus mutari non poteſt* rationem hujus ſi perpendas apprime reponit Innocentius III. quia epiſcopali ſede vacante non debet aliquid innovari, quod ſcil. ſtatum epiſcopatus intrinſece & ſedem concernat, litibus veluti extrinſece ſtatum reſpicientibus excluſis. Rationem deinde hujus reddit, ſcil. cum non ſit qui epiſcopale jus tutatur, maxime ne plus faviſſe perſonæ quam eccleſiæ videretur, ſi quod eo vivente conceſſit, poſt obitum ejus ſubito mutaret, *d. c. 1.* Quod autem attinet *d. c. 2.* illud quoque materiæ noſtræ ſpheram notorie tranſcendit, cum illic non ſimpliciter nihil innovari poſſe dicatur, ſed beneficia & præbendas à capitulo rite conferri neget Honorius III. idque evincit ſummarium & confirmatur *arg. c. 4. in f. ibique Interpret. ſuppl. negl. præl. in 6.* Majori Difficultate laborat *d. c. ult.* ſed eadem qua *d. c. 1.* limitatione reſolvitur, quod enim dicitur *nos igitur depoſitiones teſtium, qui vacante eccleſia Burgenſ. & carente legitimo defenſore fuerunt recepti duximus reprobandas*, non de quovis negotio judiciario intelligendum, ſed reſpectum dicit ad præcedentia ibi: *dictus Procurator petebat ab eodem epiſcopo reſtitutionem ſuper libertate libere eligendi ſibi Prælatum.* Scil. ut paulo ante diximus, res ſtatum ſedis internum concernentes, qualis quoque eſt libertas eligendi Prælatum capitulo ſed. vac. non competunt, ratio: quia caret legitimo ſcil. ſtatus vel ſedis defenſore,

 quo

quo minus vero capitulum rerum civilium [illegible] tractandarum legitimus ſit defenſor, penetrare nequeo, nec ulli [illegible] in Jure Canonico expreſſum. Summatim ergo dicam, conſequentiam hanc vacillare: Capitulum ſede vacante non habet (f) arbitrium mutandi ſtatum intrinſecum *d. c. n.* (g) de libertate electionis Prælatorum ſibi proſpiciendi *d. c. n.* [illegible] (q) beneficia & præbendas conferendi *d. [illegible]* ergo non habet etiam privilegium auſtregarum, cum ab illis ad hoc nulla ſit illatio. Conſentiunt mecum *Brunn. ad A. B. diſſ.* [illegible] *10. n. 4. Limn. d. l. lib. 9. c. 5. n. 39. Mind. de Proc. n. 11. [illegible] Diſp. ad Proc. jud. a. n. 40. Zeng[illegible] in concl. ad [illegible] Caſtrès [illegible] Concl. 1. n. 36. Rum. ad A. B. diſſ. 1. p. 2. Cothm. [illegible] Schub. d. l. [illegible] d. l. Blum. d. l. t. 27. §. 45. 46. Diſſ. Gail. 2. O. 30. n. 13. Gilm. [illegible] fol. 64.*

Qu. 5. An ultra genitus (ein abgetheilter Herr) fruatur privilegiis auſtregarum?

QUod ultra genitus Auſtregalis judex eſſe non poſſit, cum numeroſo Conſiliariorum & purpuratorum choro tandem ſit ſtipatus, ſed præciſe is requiratur, qui regimini præſit regierender Fürſt *ex Blum. d. l. n. 43. & 60* conſtat. Illud magis latet. Jus auſtregarum ſi ab alio conveniatur habeat, nec ne? *Knichb. de Sax. non prov. jur. verb.* Ducum *c. 3 n. 229.* miratus aliquem Ducem, Principem, nominari, niſi habeat territorium vel ditionem, *& n. ſeqq. ex [illegible] Jur. Conſ. [illegible] Tiraq. de Nobil.* refert Principes ſine territorio ſe habere tanquam fides ſine operibus. *Conf. [illegible] Knich. d. l. c. 1. §. 14. [illegible]* quodſi ergo ſine territorio talis ultra genitus non ſit Princeps, conſequens eſt, ut ſimul quoque auſtregiæ ei denegentur: adde quod *ex d. c. [illegible]* is dicatur Princeps, qui de principatu, quem nullum habet, inveſtitus non eſt. E.

Sed

Sed contraria ſententia ut communis, ita veriſſima eſt, equidem in O. C. agitur de principibus, qui in prima inſtantia Cameræ juriſdictionem agnoſcunt; at vero non tantum Principes, qui ad clavum regiminis ſedent, ſed etiam qui non ſedent, Cameræ juriſdictionem in prima inſtantia agnoſcunt, aliud quippe fortior competens demonſtrari nequit. Dein movet, quod privilegium hoc ſit perſonale uti habet *Mynſing. de Proc. [illegible] Blum. [illegible] obſ. Cam. pract. 20. Blum d. l. n. 4.* non vero patrimoniale, ſi vero Status Imperii non qualitas patrimonii, ſed dignitas perſonæ facit, quæ ut refert *Nic. Betſ. de pall. illuſt. Fam. c. 8. p. 90.* toti familiæ tribuitur, ut quicunque ex illa naſcuntur, ea ſint prædita Daß alle die von dem Stamm gebohren werden des Heil. R. Fürſten und Grafen ſind *Roſenth. de feud. c. 5. memb. 1. Concl. [illegible]* & Regum vel Principum Maternorum reverentia adeo vivit in poſteriſque vel cui æ puerorum ad purpuram natorum ſanctæ ſint *Barcl. Argen. lib. 1. p. 95.* hinc licet princeps nullum poſſideat territorium, quin tamen illud privilegium ei adſcribamus, quid eſt quod tergiverſer? Porro dominatio in ſubjectos etiam ſine territorio conſiſtit, & ultro genitus ſine ulla ſpeciali Imperatoris creatione principatum adipiſcitur, ſi ex defectu lineæ primogeniti ſucceſſionis potentiam in actum deduci contingat *Myler. de princip. [illegible]* Denique in O. C. de omnibus tam immediate quam mediate Imperio ſubjectis agitur, ubinam ſit forum conveniendi, nihil vero ſpecialiter de his diſponitur, qui adminiſtrationem non habent, nec ibi excipiuntur, ergo ſub generali diſpoſitione comprehenſi cenſentur *arg. l. [illegible] §. [illegible]* inprimis cum diſpoſitio illa generaliter loquatur de [illegible] Principibus, & principali dignitate pollentibus, non ſolum autem Principes regentes, ſed & reliqui

nomen & dignitatem principis merentur, [illegible] re & determinatio generalis hosce omnes æqualiter & univoce determinat & ex æquo adſpicit *Schubb. d. l. [illegible]*

Nec eſt quod objicias *in O. C. p. 2. t. 4.* mentionem fieri Principum ſummam tenentium ſo regierende Fürſten ſeyn/ hinc ergo *tit. 4.* non extendendum ſed ſtricte interpretandum: Reſp. etiam licet nihil de hoc caſu expreſſis verbis ibi ſit conſtitutum, nec tamen eum lex excludit, ſed indiſtincte loquitur, ergo nec â nobis excludendos, multo minus lege non diſtinguente â nobis diſtinguendum. Diſpoſitio ſiquidem generalis tantum operatur ad quamlibet ſpeciem ſub ea comprehenſam, quantum operaretur ſpecialis quoad ſpeciem in ea expreſſam *l. 23. §. 6. [illegible] & poſth. l. 51. adm. tut. l. 71. leg. 3. l. 4. C. præſc. 30. ann.* Deinceps non ſolum illud lege continetur, quod verbis legis exprimitur, verum etiam illud, quod ſententia & mente legis per certam ratiocinationem indicatur, indeque eruitur *arg. l. 17. LL. l. 6. §. 1. ibique Gœdd. n. 11. & ſeq. V. S.* ubi vero res ſub generalitatione legis continetur, ibi nulla fit extenſio. Tandem etiam ratio finalis auſtregarum *ex th. 5.* ut nimirum in pluribus Inſtantiis cauſa plenior deduci poſſit, non minus militat pro ultra genito, quam regente, nam ceteroquin deterioris conditionis is eſſet ac hic, quod iniquisſimum foret: quod autem O. C. hoc de caſu nihil diſpoſuerit, ratio eſt, quia hic caſus eſt rarus, de quo nec alias jura diſponunt *l. 5. LL.*

Qu. 6. An Imperator cum Auguſta itein Rex Romanorum atque vicarius aliquem Jure auſtregarum gaudentem coram Auſtregis convenire teneatur, & quodnam Imperatoris conveniendi ab alio ſit forum?

Sane

S *tius ſtradit* *Limnæ. d. l. lib. 30.* natur dictas haſce perſonas coram Auſtregis ut conveniant, nqn eſſe admittendas, ſed cauſam in Camera Imperiali eſſe tractandam. Verum dubium ortum ab eo merito ſcimus ſtatuentes cum *Schweder. & aliis* Imperatorem & reliquas dictas perſonas, non tamen qua tales, ſed qua Principes & Status Imperii in cauſis civilibus, ſi ipſis cum aliquo, qui fruitur privilegio Auſtregarum, res ſit, reos omnino coram auſtregis convenire neceſſe habere *Schubb. d. l. c. 4. n. 35.* Contrarium ſi contingat Imperatorem qua talem aliquem conventurum tum propter non fundatam auſtregarum hac in cauſa juriſdictionem non coram auſtregis, ſed paribus curiæ convenit *n f. 11.* *& 2. f. n. 39. §. ſimiter, & tit. 9. §. 2. in f.*

Quod ſi Imperator coram aliquo ſit conveniendus, coram Electore Palatino reſpondere tenetur *A. B. c. 5. in f. juncl. l. 64. ff. de Schrittzmej. Spec. Pol. qu. 10. n. 3.* Sachſ. Spiegel *lib. 3.* *in f. &* Weichbild *lib. 1. art. 8. n. 9.* ubi invenitur *Palat* judicem Imperatoris, quod tamen ita cape, ut in ipſa Imperatoris curia inſtituatur *A. B. d. l.* & porro limita, licet Imperator ipſe obligatus ſit, nihilominus tamen ob reverentiam & majeſtatem non Imperator ſed ejus fiſcalis impetitur *arg. l. 3. C. quadrienn. præſcript.* quod ita etiam in praxi obſervari tradit *Mynſing. Reſp. 45. n. 10. lib. 6.* Unde autem Palatinus hanc poteſtatem habeat DD. non conveniunt. *Marqu. Freher. in not. ad Petr. de Andlo de Rom. Imp. l. 2. cap. 10. in orig. Palat. p. 1. c. 6. & ſeqq. Limn. I. P. 3. 5. § 3. Obſ. 1. & ſeqq. Carpz. leg. Reg. c. 14. ſect. 6. §. 18. ſeqq. Speidel. voc.* Pfalz-Graff. *Schweder. I. P. t. diſp. 5. lib. 11. tit. B. Monzamb. c. 6. §. 17.* à data olim in palatio Principis judicandi poteſtate retinuiſſe ad Palatinos arbitratur, & quidem rectiſſime: equidem Palatii Comites olim

non

non ſolum Cæſaris, [illegible] us regni fuiſſ [illegible] dices admi-niſtratores & proviſor[illegible] otius eſt, quam ut multæ eâ de re ducuntur lineæ. Adminiſtrabant Comites Palatii vivo pariter atq; mortuo Imperatore juſtitiam non ſolum Imperii ſubditis, ſed & ipſimet capiti, idque ceu refert *A. B. t. 5. m. f. ibi:* daß es von Altersher &c. ab immemoriali tempore coœpiſſe dicendum. Hinc E. cum Imperij Vicariatus maximè in adminiſtranda verſetur juſtitia, eum antiquæ iſti conſvetudini de qua *d. l. A. B.* dicitur matrem extitiſſe, adeoque antiquitate præſtare cuilibet petenti facile demonſtrabo, chartæ hic parcendum. Quod ſi autem Vicariatus Palatino adhuc ante hanc conſvetudinem, quæ in A.B. dicitur *antiqua* competat, [illegible] dum ſane eſt, fuiſſe, qui præciſe electoratui eam adhærere ut umbra corpori defendunt, matrem filia juniorem dixe[illegible] Mota tamen hæc eſt quæſtio Anno 1657. poſt mort[illegible] [Fe]rdinandi III. eundem quippe Bavariæ Elector una [illegible] Bavariæ Ducatu ad ſe devolutum affirmabat, e[illegible] [i]nde utebatur ſed contradicente ſuumque ſt[illegible] vendicante Electore Palatino. De hinc E. agita[illegible] [co]ntroverſia, quo reſpectu, quâ conditione datus ſit Vicariatus, an ratione Electoratus, an Pâlatinatus? Vicariatum haud quaquam partem eſſe aut appendicem Archidapiferatus, ſed peculiare jus Palatinatui ad Rhenum perpetuo annexum, prout etiam Saxo non quâ Elector, ſed qua Palatinus Vicarij munere gaudet maſcule ſane defendit. *Freber de Orig. Palat. d. c. 15. 16. Monzamb. de Stat. Imp. c. 4. §. 8. D. Coccej. Orat. inaug. de Lege Salica paſſ. Conf. Boecl. Not. Imp. Lib. 4. c. 3. p. 70. Struvb. Ex Exer. 3. §. 2. 3. Bechm. I. P. Ex. 5. n. 85. Burgold ad Inſt. Pac. p. 1. diſc. 26. membr. 2.* Quandoquidem ergo Vicariatus ad Palatinatum præciſo Electoratu (quippe eum Palatini ut Majores Domus, antequam Electoratus fuit conſtitu-

tus,

tus, obtineb[illegible] nam diu ante Ca[illegible] tempora apud Francos hi adminiſtravere regni pote[illegible]um *Paul Warnefrid de de geſt. Longob. l. 6. c. 16.* imo vocabula majores Domus, Majores Palatii, Comites Palatii, Pfaltz- oder Saal-Grafen/ *D. Cocc. d. l. p. 31 Job. Perſ. in Præf 8. Palatii* ſunt ejusdem poteſtatis (*Beſold. theſ. Pract. voc.* Pfaltz-Grafe) ſpectat, ſane res pro domo Palatina notoria eſt, nec ſub dubitationem cadere poteſt: quippe *in Inſt. Pac. art. 4. §. & primo* non abſolute & ſimpliciter dignitatum á Palatina ad Bavaricam domum translatarum mentio fit, ſed reſpective illárum *ad hanc dignitatem* (*verba A. Inſtr. d. l.*) *ſpectantium.* Summatim & ſolide hæc tene. Ediſſere quæſo ſi Vicariatus Palatino & Saxoni de[illegible] in A. B. reſpectu Electoratus ſit collatus, quid cauſæ ſit, quod Bohemo, utpote Regi, item Brandenburgico æque Electori idem privilegium in eorum ſal[illegible] Electoratibus non ſit conceſſum: cauſa *in A B. t. 5.* nulla [illegible]itur, ſed ſolum modo quaſi hiſtoria recenſetur, hanc [illegible]riens præſumtionem jam olim iisdem Vicariatum [illegible]etuiſſe; nec exiſtimo Bohemum & Brandenbu[illegible] Electores ſegniter tuliſſe, alios ex illorum med[illegible] dere juribus, quorum & ipſi alias fuiſſent capace[illegible] dubio ergo procul tunc contradixiſſent, non admiſſuri quenquam in ſui præjudicium ſpeciali & in æternum duraturo admoveri officio, hanc itaque ſilentii cauſam ediſſere & Phillida ſolus habeto. Sed in viam ex qua paulum ſumus egreſſi, redeundum, & paucis videndum, quænam cauſæ ad hoc judicium, ubi Imperator coram Palatino convenitur, ſpectent. Et licet ſanctio hæc *d. t. 5.* indefinitis verbis vim univerſalis habentibus ſit concepta, dubium tamen eſt nullum, quin (1) Cauſæ criminales ob male adminiſtratum Imperium, ad totum quippe Collegium Electorale remiſſæ [*Arum. ad A. B. c. 3. th. 45.*

E *Limn.*

Limn. ad Cap. Ferd. I. Prowm. p. 454. Zenocaru [illegible] *Car. V. p. 285. ſeq. Thuan. lib. 21. p. 627. L* [illegible] *mp. p 3. p. 2. & 7. Carpz. de L. Reg. d. l. & de Capit. c. 13. Sect. 6. n. 7. 8.*) huc trahi non ſunt aptæ, id quod apprime patet ex ſententia exauctorationis Imp. Wenceslai Caroli IV. filii ab Electoribus lata, & ad Rheni ripam haud procul ab oppido Lonſtein tribunali erecto Anno 1420. publicata *Freher. d. l. c. 2.* qua omnia ejus privilegia & reſcripta ſunt caſſata *Mynſ. Conſ. 19. n. 6. Boecl. Not. Imp. d. l. p. 63.* Nec (2) cauſæ feudales de quibus ſi controverſia inter Imper. & Vaſallum orietur, non Palatinum ſed pares Curiæ cognoſcere modo dictum *Schrad. de feud. p. 10. Sect. 5. n. 40. Roſenth. Synopſ. feud. c. 12. c. 43. n. 14. Conf. Boecl. d. l. lib. 6 c. 12.*

Nec obſtat *d. t. 5.* Conſtitutio quippe qua paribus curiæ lite inter Vaſallum & Dominum mota cognitio tribuitur ſpecialior & antiquior eſt Conſt Car. IV. quæ nullam mentionem facit feudalium cauſ[illegible]. Lex autem vel Conſtitutio Generalis non derogat [illegible] i ſeu Conſtitutioni ſpeciali *l. 18. R. I. arg. l. 1. §. 1. L. falci* [illegible] *23. ubi D. D. V. S.* licet vel maxime ſpecialis etiam [illegible] generalem *Reink. R. S. & E. l. Claſſ. 4. c. 5. n. 22.*

ΕΠΙΜΕΤΡΑ *quædam.*

Judicium Camerale & Aulicum concurrentem habent Juriſdictionem *Inſtr. Pac. art. 5. §. 20. Ord. Jud. Aul. §.* So wollen wir auch / daß unſer R. H. R. Contra *Thom. Mich. Schrad. Roſenth. & Aut.* des gründlichen Berichts ob der K. R. H. R. mit dem K. C. G. ꝛc.

Superſtite vivo Rex Romanorum eligi poteſt *Cap. Car. V. §. 28.* [illegible] *rd. I. §. 28. Maxim. II. §. 29. Rudolph. II. §. 30. Matthiæ §. 31. Ferd. II. §. 34. Ferd. III. §. 38. Ferd. IV. §. 36. Leopold. I. §. 36.*

Datur mixtura quædam ſimplicium formarum Monarchiæ, Ariſtocratiæ, Politiæ. Contra *Monzamb. de Stat. Imp. Germ. c. 6. §. 8. Bodin. Hamm.*

In ſtatu innocentiæ aliqua futura fuiſſet Politia.

In lege Naturæ nulla poteſt fieri diſpenſatio, nec eſt diſpenſatum in connubiis

nobis primæ Parentum. Contra *Occam. Dom. à Scoto, Holkot, Durand. Bonavent. Biel. Ægid. Roma &c.*

Appellatio intra decendium non interpoſita non redditur deſerta; contra *Gail. 1. O. 130. n. 1. Mynſ. 5. O. 22. n. 1.*

Mandatum C. & S. C. annexa etiam citatione ſolita impetratum ſub & obreptitie non valet.

Exceptio Dominii uti in interdicto recuperandæ, ita & retinendæ poſſeſſionis recte objicimus. Contra *DD. comm.*

Exceptio peremtoria tam juris quam facti ſ. Intentionis ante L. C. opponi poteſt.

Tranſactio in criminalibus Jure Palatino haud eſt licita Chur-Pfalß Land-Recht *p. 5. t. 3.* weß ſich unſere ꝛc. *art. 5.* alſo ꝛc. Contra quam Jure Civili *L. 18. C. tranſact.*

Quaſi poſſeſſio Servitutum negativarum & affirmativarum (præciſis meræ facultatis *L. 2. Via publ.*) uno actu nobis acquiri poteſt.

In feudalibus & Salviano Interdicto cauſa cauſæ non eſt etiam cauſa cauſati.

Egregium eſt Romanorum Adgandeſtrio Principi Cattorum, cum de morte Arminii promitteret, *ſi patrandæ neci venenum mitteretur*, ex Senatu reſponſum; [illegible] *nec occultis, ſed palam & armatum populum Romanum ho*[illegible] *ulciſci. Tac. Ann. 2. c. 88.* cui conſona vox heroica *Alexandri* ad *Darii* legatos; *armatus ſit oportet, quem oderim*, itemque ad Parmenionem: *Malo me fortunæ pœniteat, quam victoria pudeat; Curt. 4. c. 1. & 13.*

ΠΡΟΣΔΗ'ΚΗ.

FErendi non ſunt, qui Imperatoribus Romanis hodie τὸ κύριον denegant, eo ducti argumento, quod ita liberius non imperent, ac olim *Cæſ. M. Auguſtus & alii* retro Imperatores, queis ſolo ſtabat pro ratione voluntas. Romani quippe Principes poſtquam Imperium vere regium uſurpare cœperunt, dicitur in eos populus omne ſuum Imperium & poteſtatem contuliſſe, etiam in ſe ut interpretatur *Theophilus diſſ. Cyriac. Lentulus in Auguſt. p. 20.* Hinc illud dictum M. Antonii Philoſophi, *Nemo niſi ſolus Deus Principis judex eſſe poteſt. Xiph. vita M. Anton. l. 4. & Dion. L. 53.* de tali principe αὐτοτελὴς ὄντως ᾖ, αὐτοκράτωρ, καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν νόμων πάντα τε ὡς βούλοιτο ποιῇ, καὶ [illegible] βούλεται,

μὴ πρᾶττη. *Liber eſt, [illegible] legum potens, [illegible] vod vult faciat, & quod non vult non faciat, [illegible] qu. 2. pr. Cyr. Lentu[illegible] l.* æqualis erat. *Amymonum* poteſtas apud *Cnidios* nec intermortua apud *Dictas Roman.* primis temporibus, cum ad po[illegible]ulum provocatio non eſſet, unde Dictatoris edictum pro *Numine* obſervatum ait *Liv. Lib. 11. Plutarch. in Marcel. Halic. l. 5.* Hæc aliaque hodie Imperatoribus fere adempta, ac proinde modernorum vindemiam vix ramationi antiquorum comparandam clamitant *Hippolythi à Lapide, Burgoldenſes, Aubrii &c.* protervo ſane ſcribendi pruritu, & periculoſo cenſendi exemplo. Injurii potius & mali cives iſti ſunt, haud quaquam perpendentes ſtatum genio populi, qui regitur aptari, & exinde imperantium & parentium conditione ſtatui debere. Sane quemadmodum Ariſtoteles dixit, quosdam homines natura eſſe ſervos, id eſt ad ſervitutem aptos, ita & populi quidam eo ſunt ingenio, ut regi, quam regere rectius norint, quod de ſe etiam ſenſiſſe *Cappadoces* videntur, qui oblatæ â Romanis (ſecluſis Nicomede & Mithridate regibus) libertati vitam ſub regibus prætulerunt, negantes, *viver[e] ſe ſine rege poſſe. Sic Philoſtratus,* vita *Apollonii*, ſtultum eſſe ai[t] *Thraces, Myſos, Getas* in libertatem vindicare, qua non gaudeant *Strabo l.* [illegible] *18. c. 2.* Quandoquidem autem in Germania noſtra ejusmodi [illegible] glebæ adfixa mancipia non ſimus, uti Polonorum & Livonum [illegible] Moſchovitarum nobilitas, Perſarum, Turcarumque ſubditi, quo[illegible]te eſt bene, in libertate male; mirum ſane non eſt, reſtrictam a[illegible] um nec infinitam (*Tac. Germ. c. 7.*) eſſe poteſtatem eorum, qui tam libere imperitant populo. Aut putas Imperii Principes, nullo alias regum [illegible] atis & nobilitatis titulo inferiores (*Auth de l'abrege de la bulle d'or* [illegible] *p. 5.*) conceſſuros unquam tam libere ſibi imperari? aut imperatorio indecorum cenſes faſtigio, cum alii *aſinis*, uti dicebat Maximil. I. imperent, Imperator reges ſub ſuo contineat moderamine? Cæterum prudenter tamen ea propter moderno haud aptaveris regimini, quod de Germaniæ antiquæ, & in unius reipublicæ formam nondum redactæ Moderatoribus *auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate gaviſis* refert. *d. Tac. d. l. c. 11.* Non minus ergo ſciti, quam veriſſimi manent illi verſus WORMATIENSIUM curiæ ad effigiem Fridr. III. Imperatoris aureis inſcripti literis

Aſtra Deo nil majus habent, nil Cæſare terra,
Sic Cæſar terras ut regit aſtra Deus.

Conf. omn. *Grot, de I. B. & P. Lib. 1. c. 3. §. 8. n. 4. 12. ſeqq. §. 16. n. 1. 2. 3. ſqq.*

F I N I S.